



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

4. Medicus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

tamen signa mutui consensus, quamvis solum  
intelligent per interpretem, vt si contrahentes  
sint distincti idiomatis. Et in hoc casu creden-  
dum est solum interpretis dicto. Idem dicen-  
dum de præsencia parochi & testium violenta,  
etiam cum dolo, vel alia ficta causa. Idem si  
celebretur matrimonium coram parcho &  
testibus casu transeuntibus, & videntibus. Se-  
cùs dicendum, si parochus accessit cum animo  
attendendi, & postea tempore contractus va-  
gatione mentis distrahatur. Tamen peccabit  
mortaliter contrahentes, si coram parcho  
inuito, aut dolo vocato contrahant: Idem si  
parochus casu transeat, vel dolo ad aliud vo-  
catus accedat. Secùs, si contrahant coram te-  
stibus vi detentis. Item valet matrimonium  
celebratum coram alieno sacerdote de licentia  
proprij, licet licentia sit extorta metu cadente  
in virum constantem: vel si impetrata fuit do-  
lo, aut mendacis, aliàs nullo modo conceden-  
da, *lib. 3. tota disp. 39.*

*Medicus.*

1. Medicus licetè potest applicare prægnan-  
ti, quando probabiliter creditur, fœtum esse  
animatum, cum abortus periculo, medicina  
quæ sùt ordinatæ per se, & directè ad morbos  
prauos, quæ humores expellendos, pristinaque  
salutem restituendam, vt est venarum ruptio  
ventris purgationi pharmaca deseruientia,  
balnea, &c. Non autem si fuerint directè ad  
occisionem tendentes, vt venenum, dilaceratio;

tio, percussio, &c. Itē licitum est applicare eas, licet æquè ordinentur ad matris salutem, ac ad fœtū nocendum, eiusque abortum. Idem, quando medicina est omninò dubia; quando salus infirmi omninò desperata est, & in nostro casu matris ac fœtus, perituri que sint, ac nullum appareat aliud auxilium. Et quòd dictum est de medico, dicendū de muliere prægnante sumente tales medicinas, quamvis illicite poterit ob prolis bonum abstinere à talibus medicinis, quò abortum vitet, bonoque prolis consulat. In vnico tamen casu peccarent lethaliter contra charitatem, & prægnans eas medicinas assumens, & medicus, ac obstetrix eas applicantes, nimirum, vbi spes probabilissima à peritis medicis conciperetur, fore vt matre ab ijs medicamentis abstinente, cum tamen vitæ propriæ periculo, fœtus in lucem prodiret, vt baptizari possit. Ea autē assumente periret fœtus Baptismate minimè recepto, l. 3. disp. 20. à nu. 13. vsque ad finem.

*Melioratio.*

1 Melioratio facta filio absq; aliqua causa, vel causa matrimonij incerti, potest reuocari. Secus, si facta sit cum tertio ex ea commodum reportanti. Nec potest reuocari, si filius melioratus causa matrimonij incerti inear pactū de matrimonio, & pater asserat, illum esse melioratum, vt fœmina ei nubat, vel ampliorem dorem constituat, sit irreuocabilis, licet filius retractat. Nec potest filius consentire, vt